Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Co[n]te[n]ta hoc libello Modus confitendi

Andreas <de Escobar>

Argentine, 1507

De luxuria et poliutione

urn:nbn:de:bsz:31-114204

Visual Library

Item si fuerit simoniacus vendendo vel emendendo spiritualia
Item de vsura si prestitit ad vsuram peccuniam. vel bladū. vt vez
recipiat lucrum vel seruicium. Item si furatus fuerit aliquid. Si
detinet aliena violenter

De Luxuria et pollutione

¶ Primo delectatur in opere carnali mente vel facto et sine ratione
Item si cognouit carnaliter alienā mulierē vel suā consanguineaz
De pollutione facta de die vel de nocte. vigilando vel dormiendo
Si cognouit priā vrorē in puerperio aut in ieiunijs vel diebz so/
lemnibus vel quando erat infirma corpore. Si contra naturā ma
sculus cum masculo. vel cum bestia aut mulier cum muliere vl in
loco non ordinato.

De Ira seu rancore

¶ Primo quia voluit habere vindictaz de iniurijs sibi factis vl dic
tis Itē nō voluit indulgere amorē dei. nec expectare vindictā dñi
Item si tenuit rancorē cōtra aliquē. item nō tenuit patientiā in ad
uersis Nec voluit retrenare animū suū. item voluit malū qō nō po
test cōplere. sicut furtum aut homicidiū. item predilexit quandoqz
iudeus fuisse qz christianus. et mortuus quā viuus

De Gulositate

¶ Primo comedit vel bibit vltra necessitatem. item commedit
vel bibit nimis auare. item commedit vel bibit ante horā. itē pauit
cibaria care et supflue. itē nō abstinuit a cibo vl potu vt daret pau
peribus et egenis. item tenuit mensā nimis longe. item fregit ieiu/
nium propter ventrem

De inuidia seu maliuolentia

¶ Primo qz habuit gaudiuz de damno alioz z doluit de bono ip
sorum. item plures blasphemauit iniuste. item mouit discordiā sepe
inter amicos et cognatos ac primos. item tacuit bonū alioz. nec
noluit audire et referre laudem bonorum

De accidia seu pigricia

¶ Primo fuit piger mane surgere ire ad ecclesiaz et missam audire/
item fuit piger fragmenta colligere ipsa pauperibz dare. item ma
luit esse occisus qz deū laudare. aut bonū opus facere. itez negligēs
fuit bona terre colligere et ipsa debite seruare. item nō fecit diligen/
tiam de inuitando alios ad bonū opus faciendum. item negligēs
fuit se tenere honeste